

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &
benedictae Matris eius meditatione**

Arias, Francisco

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. XX. De tribus vijs; purgatiua, illuminatiua, & vnitiuia, & quomodo in
horum mysteriorum consideratione exercendæ sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](#)

CAP. XIX.
necessarii
piritu su-
lio coop-
am, ut ben-
ciali gran-
io, quæ me-
um est. Ad
ad pura De-
pertingu-
eques pro-
rum rerum
punctis
ortificatio-
is ipla pur-
exercitum
ad sanctum
è exercer-
ego ramus
is dominum,
us minime
Deus cor-
a etiam in-
gat. Quo-
it, non ob-
aga dispo-
n aliquem
cito col-
ligere,

DE ORAT. MENTALI. 429

lige, nō propterea impediēdi sūt,
sed quod cēpere vt prosequātur per-
mittendi. Signū quippe est, Deū hac
illos via deducere velle. expediēs tñ
fuerit, huic orādi modo vitæ & Paſ-
ſionis Dominicæ meditationē illos
coniungere, vt hinc perfectissimarū
eius virtutum imitationem eliciāt,
maioriq; securitate in eo procedat:
proprio autem hie non innitantur
indicio & beneplacito, sed virorum
peritorum doctorumque cōſilijs ac-
quiescant.

CAP V T XX.

De tribus vijs, purgatiua, illuminati-
ua, & unitiu ad tres status incipiē-
tiuum, proficientium & perfectio-
nū respectantibus. & quomodo hæ-
res in horum mysteriorum confide-
ratione exercenda.

FIDEI LIV M Deo seruientium, Tres stat-
eiusque gratiam & amorē ha-
bentium tres sacra Scriptura bentium.
& sancti Patres gradus statuunt. Pri-
mus incipientium, quos parvulos in
Caristo Apostolus vocat, quib. lacte, Hebr. 5,
id eit,

430 FRANC. ARIAS CAP. XX.

id est, facili & plana doctrina operat.

2. Profici-
entium.

1. Reg. 2.

Hebr. 5.

3. Perfe-
ctorum.

Matth. 19.

Matth. 5.

Alius proficiens, inque vir-
tutibus per illarum exercitium cre-
scentium, ut Scriptura notat de Sa-
muele puero ages, Puer Samuel pro-
ficiens atque crescebat & placebat tan-
Domino, quā hominibus. Tertius per-
fectorum est, quos solidi cibo, id est,
doctrina sublimiori & mystica opus
habere Apostolus ait. Ad hunc gra-
dum inuitabat adolescentem Chri-
stus cum consuleret, Si vix esse per-
ficiens, vade, vende quae habes, &
pauperibus, & veni sequere me. Atque
ad hoc fideles omnes adhorcatur de-

cens, Estote perfecti, sicut & Pater no-
strus cœlestis perfectus est. Varij hisfa-
tus à diuersis caritatis gradibus de-
scendunt, qui paruam caritatem ha-
bent, dicuntur incipientes: qui in
eadem crescunt, & perfectam no-
num sunt assecuti, proficiens: qui in
perfectam habent, perfecti. Atque illi
mandata diuina integrè custodiunt,
simul & varia consilia pro suo que-
que statu sequuntur, magna que con-
tentione & vigilantia, Deo dante
maiorem

CAP. XX.
trina opu
inque vu
itium cre
otat de S.
amuel p
acebat tan
terius pe
cibo, idell
ystica opu
hunc gra
item Chil
is esse per
abes, & di
me. Aque
orator de
& Paterno
arij hida
radibus de
icitatem he
es: qui in
etiam mon
entes: qui
xi. aperci
custodim
o suo qu
naque co
Deo danc
maiori
DE ORAT. MENTALI. 431

maiores culpas simul & minores fu
giunt, quæq; Deo placita sunt, faci
unt. Vnde Ioannes Apostolus, *Qui I. Ioan. 2.*
seruit verbum eius (Iesu Christi sc.)
verein hoc caritas Dei perfecta est.
Hi quoque tres status dividuntur
pro varia dispositione quam quili
ber habet ad se cum Deo perfecto a
more vniendum. Notandum autem
hic duo esse, generaliter loquendo,
qua perfecta hominis cum Deo per
amorem vniuem impediāt. Primò Impedi
vhemens in voluptates & delicias, mēta per
honores, opes vitæ huius affectus: festæ vni
deinde difficultas & labor in operi
bus bonis exercēdis. Cōtingit quip- generalia
pesape, vt seruus Dei post superatū
& mortificatum ingentem volupta
tum sensualium & omnis rei viciōse
amorem in virtute tamen exercēda
laborem, ac difficultatē experiatur:
& tametsi efficaciter vitijs valedi
cere statuat, nec tentationibus eorū
consentire, tamen ad difficultates in
exercitio virtutū occurrentes supe
randas animū nō habeat. Primum ad In primo
lucta.
fuge-

In primo
est Inci
pientium
lucta.

432 FRAN. ARIAS CAP. XX.
fugere peccata, resistere tentationibus, passiones prauas & inclinatio-
nes mortificare, deniq; ab ijsdem &
à vitijs omnibus animam purgare,
atq; hoc pacto primum amoris di-
uini tollit homo impedimentum, &
remotiùs se ad perfectam cum Deo

In altero
proficien-
tium.

vnionem disponit. Alterum ad pro-
ficientium statū pertinet, animose-
sc. ac generose virtutis difficultate
amplecti viriliter ac violenter media-
quibꝫ eadē cōparatur exercere, qua-
lia sūt, cōtraria & aduersa tolerare,
& molesta eligere ad patientia co-
parandā: humiliationes sectari, p̄-
se offerre, contemptibilia ambire, &
humilitatem consequendam: operi
misericordiæ præstare caritatis ad-
piscendæ causa. quin & discrete in-
ter bonum ac malum, inter bonum
melius, & magis expediens dissi-
nere: & in ijsdem operibus & vir-
tutum exercitijs diligētiam & pa-
seuerantiam adhibere. Homi-
nus est, nouato iam in anima ren-
diuinorum lucem, qua legis diuinæ
veritas magis illis confirmetur,

D.
metu
erga
uem
solati
totius
onem
fecidū
pedim
tute d
His
latiſ, q
alterun
tur stat
Deo ar
iplo de
quiete
Lux
tur tres
natua,
rum bo
ris exer
Purgati
stant, si
tentia,
alijrig
wundag
ma. Med

AP. XX.
entationis
inclinatio-
b ijsdem &
n purgare
amoris di-
nentum, &
n cum Deo
um ad pro-
, animos
ifficulatari
éter medi-
rcere, que-
sa tolerare
atientia co-
lectari, &
a ambire al-
dam: opera
ritatis ad-
discreti in-
ter bonum
ens diffe-
us & vir-
am & pe-
. Hora-
ima ren-
gis diuina
firmitas
& iu-

DE ORAT. MENTALI. 433

metur, & in voluntate amore eximiu-
erga omnē bonitatē, ac virtutē, sua-
uem castitatis odorem, gustū & cō-
folationem in operibus caritatis, &
totius hominis interioris renouati-
onem experiri. Atque hoc faciendo
fecidum perfecti amoris diuini im-
pedimentū nempe in exercenda vir-
tute difficultatē & labore auferunt.

Hic duobus impedimentis sub-
latis, quorum primum incipiētum, Vtroque
alterum proficiētum est, sequi- superato,
tur status perfectorum, quorum est Perfectio-
Deo ardētissimo se amore vnire, rum sta-
ipso delectari, magnaque pace &
quiete in ipso quiescere.

Iuxta tres hosce status distinguū-
tur tres illæ viæ: Purgatiua, Illumi- Dionys.
natiua, & Vnitiuia. quæ tria sunt ope- Carthus. li.
rum bonorum genera, & tres virtu- 1. de con-
tis exercendæ modi. Exercitia viæ temp. ar.
Purgatiua, quæ ad incipientes spe- 18 O. 21.
stant, sunt dolor de peccatis, poeni- & lib. de
tentia, jejunia, disciplinæ, cilicia, & ar. 10.
alij rigores; atque hisce purgatur & Purgatiua
vniudator à vitijs & passionib^z ani- via est
ma. Meditationes huius viæ sunt, de Incipien-
tium.
T graui-

434 FRANC. ARTAS CAP. XX.
grauitate peccatorū, quod de ijs do-
lor concipiatur: de morte, ad omnes
delicias, honores, & opes mundi
contemnendas: de iudicio, inferno,
ad interiorem dolorem & exterio-
rem rigorē ob peccata assumendum,
pena temporali aeternam, & longis
purgatoriij cruciatus brevibus vir-

Illumina- huius laboribus compensando, Vir-
tus, Pro- Illuminatiæ exercitia sunt, media,
Acientiū, quibus solidæ virtutes compara-
tur, exequi, & in ijsdem fortiter
viriliter permanere, donec eam
habitus habeatur, quod faciliter & su-
cius exerceantur: adeò ut qui, dum
in incipientium statu esset, iniurias
& contumelias non nisi difficulter
perferebat, iam easdem libenter re-
cipiat, amet, omniaq; aduersa quo-
ac sereno animo perferat, & inno-
mundi procellas pacem & tranqui-
litatem custodiat. Meditationes
hunc statum spectantes sunt de dea
& passione Christi & sanctorū, de
beneficijs diuinis ac donis cœlesti-
bus. Dicitur autem Illuminatio, q;
virtutes animæ sint lux, & vna cum

ipso

AP. XX.
de ijs do-
ad omni-
es mundi
, inferno,
& exterio-
rum
amendum,
& longos
uibus vna-
ndo. Va-
nt, media,
omparat
fortiter
necearum
ili⁹ & su-
t qui, den-
, iniun-
fficillim-
benterit
ersa quo-
& inter-
tranqui-
tionem
nt dema-
orū, de-
cælesti-
natuit, q
vnācum
ipſis

DE ORAT. MENTALI. 435

ipſis magnam ipsa lucem & clarita- 1. Thess. 5.
te recipiat. hinc & iusti filij lucis ap. 1. Iohann. 1.
pellatur, nam, ut Deus per essentiam Greg. l. 23.
lux est, & quidem infinita: ubi anima mor. c. 13.
ipse a virtutis puram & virtutibus ex- & in 4.
ornatam viderit, insigni quadam ra- Reg. c. 4.
tione illi se communicat, copiosam & II.

sufert lucem, & dulcissima spiritus
sui uincione illa omnia cognitu ne-
cessaria docet, quin & reliqua Eccle-
si Catholicæ media huc dirigit,
qualia sunt obedientia maiorum, san-
ctorum doctrina, sapientium consilia,
& reliqua quæ suavis diuinæ prou-
dicit dispositio requirit. Vix Vnici- Vnicius,
uæ exercitia sunt, magna in luce vir- Perfectio-
tum & donorum spiritus sancti, quæ rum.

in profectus sui statu seruus Dei sibi
comparauit, mundis animæ oculis
Dei diuinitatem, infinitam eius pul-
chritudinem, ac reliquias perfectio-
nes contemplari, præsertim incom-
prehensibile Dei esse, ac seruentissi-
mo eius amore penitus incedi, crea-
ta omnia & seipsu transcendere, in-
tegre & perfecte Deo se vnire, sua-
uissimo amoris affectu in ipsum se

T. 2

trans-



436 FRANC. ARIAS CAP. XX.

transformare, & in ipso in pace illi
& tranquillitate pulcherrima, quā
exuperat omnem sensum, requiece-
re. Hæ sunt tres viæ, triplici statui,
quem diximus, correspondentes.

Duo circa hoc aduertenda sunt,
primò, quod quamvis hæc quæ dixi-
mus exercitia, præcipua, & medita-
tiones cuique horum statui propria
maximè sint; non ita id tamen intel-
ligendum quasi vñusquisque statu
hæc exercitia & meditationes tantu
& non alias habere debeat. constar-
enim, non modò incipientes, sed &
proficientes & perfectos poenitentia-
rias & asperitates usurpare, quin &
peccatorum grauitatem, morte, &
infernum meditari posse. Quin & in-
cipientes ac proficientes perfectio-
nes diuinas contemplari, & suauem
cum Deo vñionē procurare possunt;
sed ideo hæc exercitia & medita-
tiones distinguuntur, quo cuique statu
attribuantur ea quæ illi magis pro-
pria & necessaria sunt. Nam etiā pe-
nitentię utiles & necessarię sunt om-
nibus, incipientibus tamē quāma-
ximè,

Phil. 4.

A.P. XX
pace illa
ima, qui
equis loc
ici statu
dentes.
nda sunt,
que di
z medica
i propri
en intel
ue status
nes tan
constat
es, sed &
penitentia
, quin &
horté, &
uin & in
erfectio
e suauem
e possim
editatio
que stan
gis pro
et si p
sunt com
à amma
ximè,

DE ORAT. MENTALI. 437

ximè, quò & vitia pellant, & passio
nes suas aciores mortificét. Et licet
peccatorum, mortis, inferniq; cōsi
deratio omnibus omnino necessaria
sit, incipientibus tamen magis con
venit, magisq; necessaria est. Et per
fectionum diuinarum cōsideratio
nes quamuis etiam ab incipientibus
& proficientibus exerceri queant,
propriæ tamen sunt perfectorū, qui
ad perfectam cum Deo vniōnem ap
tiores & magis dispositi sunt.

Aduertendū secundò, quod valde
ad propositum nostrum spectat, in Medita
tio my
steriorū
vitæ ac
Passionis
Christi,
omni sta
tus spectat: quia è vita & passione
Dominica (vt suprà declarauimus) tui & vi
dolor peccatorum, diuitiarū, hono
risq; contemptus, & passionū mor
tificatio, eruitur; quæ spectat ad sta
tum incipientium. Trahitur etiam à
Christo omnium virtutū exemplū,
simul & media quibus comparātur;
quæ proficientium statui congruunt:
atq; inde ad perfectionū diuinarum

T 3

con-

438 FRANC. ARIAS CAP. XX.
contemplationē, quæ perfectorum
status est, ascenditur. Atque ita ei
bonū & utile sit, meditationes cui
que statui maximè proprias interdi
assumere, at ijs qui vitæ & passionis
Christi exercitiū usurpant, plerum
que hoc minimè est opus; nā in hoc
reperiunt omnia. Et sanè cōuenient
admodum est, quod, quandoquidem
ita sacratissimam hanc humanitatem
Deus honorauit, illam diuinæ sur
personæ vniēdo, & velut instrumen
tum, ad bonum nostrum operā dum
usurpando, nos quoq; vicissim eam
honoremus, & pro viribus venere
mur, omnē nostrum bonum per eam
quærendo, ea semper vtendo, ut ei
horum mysteriorum consideratio
ne omnes sanctos affectus, nobis ne
cessarios & utiles eliciamus, idque
ab eo tēpore quo primū Deo se
uire cœpimus, donec vitam in eius
gratia absoluamus, & morte no
dia ad gloriam eiustrans
eamus.

CAP.